



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

III. A violentia & perputatione abstinendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

AMNO
CHRISTI
453. & Talasio, episcopis, pari consilio atque tractatu decisio-
nem, quam verbis decreuerant, etiam scripturæ mandare
voluerunt: ut ab hac die, hoc est i.v. Nonas Octobris, Op-
lione V. C. consule, haec regulæ ecclesiasticæ seruarentur,
quæ a senioribus iuxta auctoritatem scripturarum iam
fuerant constitutaæ.

C A N O N E S.

I.

Primum ⁱ vt contra episcopale iudicium clericis
non liceat ^{*} profiliere: neque inconsultis ^{*} sacerdo-
tibus suis sæcularia iudicia expetere: sed nec de lo-
co ad alium sine episcopi permissione transire: nec
sine commendatitiis sacerdotum suorum literis
commeare. ^{II.}

^k Vt diaconi presbyteris nouerint omni humili-
tate deferendum.

III.

Vt a violentia & crimine perpetuationis absti-
neantur.

IV.

Familiaritatem extranearum seminarum nouerint esse vitandam. Sed si qui sunt cælibes, non
nisi a sororibus, aut amitis suis, aut a matribus con-
solentur. Quia sicut bonum non est homini solum
esse, ita familiares esse clericos feminis non oportet
extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas sub
hac occasione deflemus. Si quis autem post hoc in-
terdictum a prædictis familiaritatibus se reuocare
noluerit, nequaquam gradu altiore donabitur: & si iam
ordinatus fuerit, non ministret. Tum si qui traden-
dis vel capiendis ciuitatibus fuerint interfuisse de-
tecti, non solum a communione habeantur alieni,

Concil. Tom. 9.

K k k ij